



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

Digressio 25. De alimento, ad tex. com. 53.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

## COMMENTARIUS LIII.

DIGRESSIO XXV.  
De Alimento.

**T**Otam, quæ inter antiquos fuerat, dubitationem tollit Aristoteles, utramque opinionem concilians. Potest enim alimentum duobus modis considerari. Aut in ipso nutritionis initio; quando primum sumitur, necdum confectum est: sed panis adhuc & oblonga cætera propriam suam formam & naturam retinent. Aut in fine, postquam coctum est, & à sua natura & forma in naturam & formam sanguinis aut etiam secundarum humiditatum mutatum; atque viuenti substantiæ unitum, proximè dispositum est, ut in illius substantiam mutetur & animeretur. Nam si hæc duo ita distinguantur; utramque illam sententiam videbimus partim veram esse, partim non veram. Qui enim simile dixerunt nutrirī simili, verè dixerunt; si alimentum in ultimo nutritionis considerarunt: quo tempore antecedentibus mutationibus assimilatum iam viuenti est; neque pati ab eo amplius debet, sed illius solum formam suscipere. Atsi de nutritionis principio loquuti sunt, minus veram habuerunt sententiam.

Contra verò qui alimentum affirmarunt dissimile & contrarium esse debere; si de nutritionis fine dixerunt, falsum dixerunt: si de principio, verissima illorum fuit oratio; ut eorum argumenta satis ostendunt. Quamdiu igitur dissimiles alimentum & contrarias qualitates habet, alteratur & corrumpitur à viuentē; atque hoc est, quod alimentum incoctum dissimile & contrarium Philosophus nominavit. At ubi qualitates mutatae sunt, atque ita superata, ut nil superstiti agendum, nisi viuentis formam suscipere; tum demum patitur & mutatur solum passione & mutatione perficiente, qua & formam eam suscipit & animeretur. Hoc est alimentum confectum & simile: quia ultimo preparatum est & potestate proxima, ut animeretur & idem omnino cum viuentē fiat, eadem ipsius forma suscipere.

Quamquam sunt qui hanc similitudinem eo referant, ut alimentum ita confectum, si comparatione solum illius partis, inquam mutatum est, consideretur; idem potius, quam simile esse dicatur: atsi cum toto conferatur, appelletur simile; propter reliquas illius partes, cum quibus idem non est. Hippocrates autem in libro de alimento (quo loco vltus est Galenus in tertio libro de temperamentis cap. 2. & 1. de naturalibus facultatibus, cap. 11. & primo de sanitate tuenda cap. 15.) tribus modis propter eam, quæ dicta est, causam alimentum nominavit. Nam & alimentum dixit, quod iam simile factum est: & quasi alimentum, quod appositum & aglucinatū est, at nondum simile effectum: & futurum alimentum, quod necdum appositum est, quod primum accedit, potestate; quod vltimum, actu alimentum dicere possumus.

**N**on solum medici de alimentis tractant, ut illis aut conservatur aut turbatur nostrorum corporum sanitas: sed multò magis agere debet naturalis Philosophus, cuiusque propria tractatio est; à quo medicus accipit, si quid sapienter de alimentis loquitur. Cum enim de facultate, quæ alit, naturalis Philosophus agat, quoque agat necesse est de illius obiecto; quod tam hoc loco, tum in priori libro de ortu & interitu Aristoteles fecit; & Themistius eas. Thomas interpretationem facientes textu 30. cum significant specialem de alimento librum scripsisse.

Omnibus igitur alimentum id dicitur, quod in nutrientis substantiam mutari potest, eamque restaurare & conservare, quam ob causam optime observavit Galenus in primo libro de alimentorum facultate, cap. 1. & lib. 3. de temperam. cap. 2. & 4. & accepisse videtur ab Aristotele Probl. 43. sect. 1. alimentum distingui à medicamento: quod medicamentum quatenus eiusmodi est corporis nostri substantiam alterat cuiusque intemperiem corrigit. Non tamen in illius substantiam mutatur; neque aliam, sed ad aliquam magis qualitatem perditam recuperandam suscipitur. Venena igitur, aut à corpore nihil mutantur, aut illius potius naturam vincunt & prosterunt. Aut si initio immutentur à corpore, corrumpuntur & putrescunt, secumque comprescere corpus & perire faciunt. Medicamentum & calefaciunt corpus & reciprocè calefiunt; non tamen superantur; neque in corporis substantiam mutantur. Alimenta demum & superantur & mutata restaurant. Et quamvis hæc quoque substantiam corporis non nihil immutent, quod omniestio reactionem habeat; & ideo ad corporis naturam aut conservandam aut mutandam vim magnam habent: insensibiliter tamen immutant. Quamquam alimenta quædam reperias, quæ & alimenta sunt, dum viuentis substantiam relaxant; & medicamenta, dum alterant corpus, aut calefaciunt, ut peper, zinziber, & aromatum genus: aut refrigerant, & humectant, ut lactuca & olera pleraque: aut siccant, ut salsa & acria edulia. Ac prout vultursum hoc alimentorum genus à permultis medicamentis appellatur; quod & aliat simul & medeat.

Ea propriè alimenta vocantur, quæ ita relaxant, ut nulla qualitate excedant, quæ aut calefaciunt nimium alterent corpus, aut alio modo afficiendo, aut cohibendo ventrem, aut laxando, aut stomachum roborando, aut debilitando: sed omnino conservando corpus totum in eo statu & conditione, quam in eo inveniunt. Hinc proprietates per se omnes & conditiones alimenti.

Principio quia nativæ caloris actione in viuentis substantiam mutari debet, proportionem habeat oportet & cum viuentis substantia & cum innato calore: alioqui superari à calore non poterit acquiri in viuentis substantiam mutari. Propterea in priori libro de ortu & interitu textu 39. debet alimentum esse potestate id, quod ex eo nutrendum est, ut potestate caro, actu autem aliquid aliud. Non quod

Alimentum an viuentis an dissimile

Alimentum an viuentis an dissimile

quod caro nutritur sequatur; sed quod cum id, quod nutritur, & caro sit & caro huius viventis propria; alimentum oportet viventem carnem non esse, sed inanimatam, potestate ad suscipiendam animam. Ex quo id obiter intelligitur, quod alio loco demonstravi; sanguinem, qui est proximum animalium sanguineorum alimentum, animatum non esse. Et id, quod in tex. 43. huius lib. positum est, non quodlibet nutrum quolibet, singulaque vivencia certo quopiam alimentorum genere sustentari. Quoniam ut est in tex. 43. lib. i. Phys. non fit quodlibet ex quolibet, sed vnum quodque ex contrario.

**Quare alimentum oportet quoquomodo contrarium esse illi, quod ab ali debet. Quod & eodem in loco observatum est, & explicatum in tex. 45. & prioribus lib. de ortu & interitu, tex. 38. & 39. ubi alimentum dicitur partim debere esse simile ei, quod alendum est, partim dissimile, simile potestate, actu dissimile: simile postquam coctum fuit & mutatum; dissimile antequam coquatur & mutetur. Quae omnia consentiunt mirifice cum ijs, quae de actione & passione docuit idem Philosophus in eodem libro de ortu & interitu, tex. 49. 50. & deinceps; agens & patiens dissimilia specie esse debere; similia genere; communemque habere materiam, formam & qualitatem diversam. Haec enim demum sunt, quae agere vicissim possunt & pati, & vltro citroque mutari. Ita nimirum alimentum & vivens dissimilia specie sunt; quod alterum vivat, alterum non vivat; genere tamen & materia conveniunt: haecque cum sit potestas ad omnes formas, causa est, ut alimentum, quod actu non vivit, suscipere vitam possit. Quocirca ita vivens in alimentum agat, ut si maiorem habuerit vim agendi, in suam illud substantiam & naturam commutet.**

**Ita & eam habes alimenti conditionem, ut materiam habeat cum vivente communem & intelligis, quoniam inter haec contrarietas necessaria sit. Scite enim observarunt Simplicius & Philoponus, satis esse privatum contrarietatem: si alimentum actu non habeat vitam; sed dum communi materia constat, eam habere possit. Hinc vero efficitur, ut non omnia vivencia eodem alimenti genere vntur; sed alio plantae, alio bestiae, alio denique hominis: alio pueri, alio iuvenes aut senes, alio cholericus, alio phlegmaticus, alio sanguineus, alio melancholicus. Causa est proportio illa, quam inter alimentum & id, quod alitur, esse oportet; ut alterum in alterius naturam mutetur.**

**Oportet etiam alimentum esse substantiam. Tum quod dissipatum viventis substantiam sarcire debet, partemque illius fieri: neque ex non substantia fieri substantia potest, ut in tex. 52. lib. i. Phys. ratiocinabatur Aristoteles. Tum quod, ut est in tex. 50. posterioris lib. de ortu & interitu, ex ijs nutrimur, ex quibus constamus: constamus autem substantia, non accidentibus. Tum etiam, quod si in viventis naturam mutandum sit, materiam habeat necesse est, quae & potestas sit & mutationis subiectum, atque viventis formam suscipiat. Quapropter cum alimentum & substantiam & quantitatem habere videret Philosophus; affirmavit in tex. 47. nutrire quatenus substantia est.**

**A** At enim inquirunt Theologi sacramentales Eucharistiae species nutritur. Ita sane est. Verum, ut hoc loco praetermittam multa, quae a multis hac de re disputantur; existimo rem ita habere, ut non solius natura, sed aliqua ex parte Dei virtus in hoc appareat. Idque duobus modis. Primum; ut quantitas, quae absque subiecto conferriatur veluti reliquorum accidentium subiectum, sit etiam subiectum, quod nativum caloris actionem suscipiat, quae & superfluitas panis & vini dispositiones destruantur, carnisque, aut aliarum nutriendarum partium dispositiones inducantur. Alterum; ut ubi ventum fuerit ad ultimum dispositionum, quod est antecedentis alterationis primum non esse, in quo substantiae formam educere oporteret; creet Deus materiam, eamque dispositionibus ijs subijciat. Et quoniam ea sufficienter disposita est, eodem momento naturale agens per dispositiones iam productas formam carnis ac ceterarum partium educit, existitque substantia composita, quam intelligens anima illico formare incipit. Quod non magnopere mirum videri debet. Quomodo enim dum nascitur homo, non solum nullum est miraculum, dum intelligens anima in materia apte disposita creatur a Deo: quin potius miraculum esset, si non crearetur. Ita nullum credendum est esse miraculum, dum posita sufficienti dispositione creatur ibi materia: immo nisi crearetur, magis esset sane mirandum: quippe non minorem ordinem & connexionem cum materia habeat qualitates eae, quam cum intelligente anima habeat propria illius dispositio. Immo maiorem: si quidem accidentia magis pendent a subiecto, quam dispositiones a forma. Creatur igitur naturaliter, id est posita naturali dispositione atque exigente hoc natura rei, ordine, & providentia; qua Deus tanquam auctor naturae debet omnibus providere & agentium particularium defectus supplere; nec quidquam in natura permittere, quod sit frustra. Est homo dicitur naturaliter genitus ab homine; quamvis hic nec produxerit animam, nec materiam, sed hanc duntaxat quodammodo disposuerit, multo magis dici poterit naturaliter ex sacramentalibus illis speciebus carnem aut aliud quidpiam produci, hominemque nutrire & refici. Quia etsi materia fuerit a Deo creata, naturale tamen agens & eam totam opportunis qualitatibus preparavit, & substantiae quoque formam produxit. Naturaliter quoque quantitas cum antecedente dispositione tota in ea materia suscipitur. Quoniam cum antea divino miraculo consisteret, propter praesentem Christum; istaque natura esset apta inhaerere, dum desinit ad esse Christus, & accedit materia, naturaliter in ea suscipitur: Deo nimirum cessante conferre illam absque subiecto. At non est de hoc pluribus nunc differendum.

**B** In quo substantiae formam educere oporteret; creet Deus materiam, eamque dispositionibus ijs subijciat. Et quoniam ea sufficienter disposita est, eodem momento naturale agens per dispositiones iam productas formam carnis ac ceterarum partium educit, existitque substantia composita, quam intelligens anima illico formare incipit. Quod non magnopere mirum videri debet. Quomodo enim dum nascitur homo, non solum nullum est miraculum, dum intelligens anima in materia apte disposita creatur a Deo: quin potius miraculum esset, si non crearetur. Ita nullum credendum est esse miraculum, dum posita sufficienti dispositione creatur ibi materia: immo nisi crearetur, magis esset sane mirandum: quippe non minorem ordinem & connexionem cum materia habeat qualitates eae, quam cum intelligente anima habeat propria illius dispositio. Immo maiorem: si quidem accidentia magis pendent a subiecto, quam dispositiones a forma. Creatur igitur naturaliter, id est posita naturali dispositione atque exigente hoc natura rei, ordine, & providentia; qua Deus tanquam auctor naturae debet omnibus providere & agentium particularium defectus supplere; nec quidquam in natura permittere, quod sit frustra. Est homo dicitur naturaliter genitus ab homine; quamvis hic nec produxerit animam, nec materiam, sed hanc duntaxat quodammodo disposuerit, multo magis dici poterit naturaliter ex sacramentalibus illis speciebus carnem aut aliud quidpiam produci, hominemque nutrire & refici. Quia etsi materia fuerit a Deo creata, naturale tamen agens & eam totam opportunis qualitatibus preparavit, & substantiae quoque formam produxit. Naturaliter quoque quantitas cum antecedente dispositione tota in ea materia suscipitur. Quoniam cum antea divino miraculo consisteret, propter praesentem Christum; istaque natura esset apta inhaerere, dum desinit ad esse Christus, & accedit materia, naturaliter in ea suscipitur: Deo nimirum cessante conferre illam absque subiecto. At non est de hoc pluribus nunc differendum.

**C** Magis ad hunc locum pertinet concertatio illa, quae aliquando inter Aristotelem & Pythagoricos extitit. Nam, ut est in lib. de sensu & sensibili cap. 5. affirmarunt aliquando Pythagorici odorem solum nutrire. Quod medicos quoque illius temporis quosdam sensisse, testatur Alexander in comment. ad eum locum 51. & significarunt Hippocrates sub fine lib. de alimento, & Galenus tum in illius loci comment. tum in 2. Aphorismorum lib. particula. 11. Certè recentis panis ac mellis odorem.

**D** Magis ad hunc locum pertinet concertatio illa, quae aliquando inter Aristotelem & Pythagoricos extitit. Nam, ut est in lib. de sensu & sensibili cap. 5. affirmarunt aliquando Pythagorici odorem solum nutrire. Quod medicos quoque illius temporis quosdam sensisse, testatur Alexander in comment. ad eum locum 51. & significarunt Hippocrates sub fine lib. de alimento, & Galenus tum in illius loci comment. tum in 2. Aphorismorum lib. particula. 11. Certè recentis panis ac mellis odorem.

**E** Tum quod dissipatum viventis substantiam sarcire debet, partemque illius fieri: neque ex non substantia fieri substantia potest, ut in tex. 52. lib. i. Phys. ratiocinabatur Aristoteles. Tum quod, ut est in tex. 50. posterioris lib. de ortu & interitu, ex ijs nutrimur, ex quibus constamus: constamus autem substantia, non accidentibus. Tum etiam, quod si in viventis naturam mutandum sit, materiam habeat necesse est, quae & potestas sit & mutationis subiectum, atque viventis formam suscipiat. Quapropter cum alimentum & substantiam & quantitatem habere videret Philosophus; affirmavit in tex. 47. nutrire quatenus substantia est.

*Quomodo de sacramentalibus speciebus nutritur.*

*Odorem non nutritur.*



re triduo superuixisse Democritum, refert Ioannes Alexandrinus; & alium nescio quem plures dies, Orbasius; atque in syncope videntur odoribus medici ad reficiendos spiritus. Verum potest quidem odor confortare non nihil, dum cum illo ab odorato corpore fumosus ascendit halitus, quo & spiritus recreari & tenues aliqui gigni possunt; quemadmodum sanè medicorum experimenta testantur. Omnino tamen sapienter concludit Aristoteles accidens non posse nutrire. Tum quod alimentum oporteat esse compositum & mixtum; ut statim ostenditur. Tum quod proprius nutritioni dicatur locus, in quo & alimentum suscipitur & conficitur, est os & venter; odores autem ad caput potius per nares ascendunt. Quò fit, ut neque satiemur odoribus; neque in nobis sedetur fames nec coextinguatur sitis. Quod enim Plinius lib. 7. cap. 2. & Strabo lib. 15. Geographiæ Astomorum gentem scripserunt in extremis orientalis Indiæ finibus nullo cibo aut potu vesci, sed varijs radicibus duntaxat & florum odoribus sustentari; aut non facile credo; aut ita intelligo, ut perraro comedat aut bibat, sæpèque odoribus illis recreatur.

Proprium igitur & verum alimentum, quod substantiam dissipatam reficiat & viuentium vitam sustentet, oportet esse substantiam. Corpoream scilicet, ortus capacem & interitus, quæque communem habeat cum viuente materiam; ut in eius substantiam mutari queat. Si tamen sola prima materia omni substantiæ forma spoliata viuenti apponeretur, nimirum ex ea nutrireretur. Quoniam in eam ageret nativus calor, viuentisque formam ex illa educeret: quemadmodum aliud quoduis naturale agens alterare illam posset atque ad suæ speciei formam trahere.

At si substantiæ formam habeat; nequaquam poterit alimentum præbere viuenti corpus vllum simplex & elementum purum. Quod & significauit Philosophus in 1. lib. de cælo tex. 21. & necessarijs argumentis persuasit in posteriore libro de ortu & inter. tex. 50. & lib. de sensu & sensibili cap. 4. & 5. Iisdem namque nutrimur, quibus constamus; eadèque est & procreationis & nutritionis materiam: siquidem corpus illud nutritione conservatur, quod fuit genitum: quare ut corpora nostra sunt mista, sic mistis quoque corporibus sustentantur. Deinde omnis nutritio coctione perficitur, atque in omni coctione excrementum aliquod seceratur; ut in 4. meteororum lib. ostenditur: corpus simplex cum nullam habeat partium diuersitatem, excrementa nulla habere potest. Hæc illius fuerunt argumenta. Quibus accedit, quod cum viuentium corpora sint mista, ut corpus simplex in mistum mutari nequit, ita nec elementum in viuens. Cum enim elementum simplexque corpus vehementiores multo, immo perfectas omnino & integras qualitates habeat, superari numquam posset à corpore misto, quod fractis admodum est & debilitatis viribus vniuersis: quin ipsum potius à robustiore agente superaretur. Quod si Hippocrates in lib. de flatibus aërem dixit nutrimentum esse corporibus nostris, cum triplex nutrimentum fecit, cibum, potum, & aërem; ampliori acceptione nutrimenti loquutus est; pro omni eo, quod ad susten-

tandam vitam necessarium est: est autem aëris respiratio cum primis necessaria.

Terram quosdam mandere certum est, & confirmat idem Hippocrates in lib. 4. de morbis, cum ex eius esu calculum gigni scripsit. Verum hoc non est naturale, sed vitiosum alimentum, quo non reficitur, sed prosternitur natura. Camæleonem ferunt, & inter alios Plinius in lib. 8. cap. 33. solo aëre sustentari, est Aristotelem ab- quando dixisse, vidisse se hominem, qui solo aëre & sole nutrireretur, testis & Olympiodorus: & in argumento ad Platonis Phædonem refert Marcellus Ficinus, & in 2. lib. de causis plantarum cap. 8. confirmat Theophrastus, aërem iniquis putari posse alere. Fertur quoque Cicada rore solo vesci: est autem ros species concreti aëris, vnde illud poëta.

*Dumque thymo pascentur apes, dum ros cicada.*

Quod in 11. lib. cap. 26. confirmat Plinius, Denique inter homines quidam fuisse dicuntur, qui duobus, tribus, aut etiam pluribus diebus cibum non sumperint: & septem dierum in eadem legimus apud Hippocratem in lib. de principijs, & plurium etiam apud Athenæum & Magnum Albertum: & Themistium in oratione 4. cui Titulus est, sophista, quadraginta dies Pythagoram abstinuisse cibo, tandemque in mularum templo interisse narrat, nec non apud Olympiodorum, & alios, eorum extant exempla, qui mentes & annos abique cibo vixerunt. De puella Germanica, quæ biennium ferè integrum abstinentia, libellum edidit Simon Portius, & trigentaria iuuenis in Normandia, quæ octodecim totis annis non comederat meminit Petrus Aponensis in expositione vltimi problematis Aristotelis lect. 10. Toto enim hoc tempore aërem fortasse crediderat alimentum præbuisse.

Ceterum Aristoteles non solum videret nihil simplex posse alimentum esse pronuntiare: sed de aëre quoque, quem continenter ad vitam nostram sustentandam inspiramus, & quidem propter nutritionem, ut ante cum crederetur Hippocrates testimonio Galeni in 11. lib. de vitæ ratione respiratoris; id speciatim affirmavit in lib. de sensu & sensibili, & problemate 13. sect. 1. Vt iure optimo negauerit Philosophus id, quod de camæleonte circumfertur, Aristoteles quidem certe in 2. lib. de animalium historia cap. 11. naturam huius animalis curiosè peruestigans, id nequaquam adscripsit, quod post addidit Plinius, reliqua omnia ad verbum inde in suam historiam transferens. Quare aut proprium est Plinij mendacium, quod propterea sibi magis verum vult, quod idem ipse in eodem suum lib. 11. cap. 26. camæleontem scripsit rore & aranæ vivere, non aëre. Aut propterea dictum est, quod cum illud animal paucissima substantiæ sit & frigidissimum ac propter sanguinis inopiam maxime omnium rigeat & timeat proptèrque timorem nimirum tam multos calores mutæ, ut est in extremo cap. 11. lib. 4. de partibus animalium; tenuissimo quoque vitur alimento, quo tandiu sustentatur, ut aëre potius, quam vilo cibo vesci videatur.

Sed quoniam hanc ipsam difficultatem easque omnes, quae de cicadis & alijs similibus proponuntur, pulchre exposuit idem Philosophus sub finem 5. cap. eiusdem libri; opportunum fuerit illius verba hic adscribere. Omne, inquit, insectorum genus minimo alimento contentum est, prope sibi ipsa sufficiunt: non tam corporis exiguitate, quam frigiditate. Quod enim calidum est, cibum & desiderat & concoquit cito: contra quod frigidum est, cibo carere facile patitur. Sed omnium maximè cicadarum genus ieiunium est. Satis enim ijs alimentum est humor, qui in corpore remanet. Ex quibus verbis intelligitur, animalia frigida paucio alimento posse multo tempore sustentari; eoque diutius quo fuerint frigidiora. Quaedam etiam esse, quae breue tempus viuunt, quaeque absque alimento consistant solo humore illo, quem in primo ortu acceperunt. Vt iam non sit mirandum, si camaleo & cicada nullo vti cibo videantur: Itaque quod affirmatur de rore, minimè necessarium est: cum auctor sit Aristoteles primarium illum humorem satis esse. Possent tamen ros animali cuiuspiam vel trantillum nutrimenti praebere; quia non est purum & simplex elementum, sed imperfectum multum; quod cum qualitates habeat fractas, & terrei quidpiam & aquei, possent ab aliquo in suam mutari substantiam.

Sic enim aquam quoque alimento esse scripsit in problemate ante notato idem Philosophus: aquam scilicet impuram & externis qualitatibus affectam, & temperatam; qualis ferè ea est, quam habemus. Alioqui aquam, quae purum sit elementum, nequaquam posse nutrire; ideoque peritos agricolas, dum plantas irrigant, miscerent terram; in posteriore libro de ortu & interitum tex. 50. & in lib. de sensu & sensili cap. 5. iam scripserat. Tamen si ne hoc quidem Galenus admitteret, quin lib. 4. de visu partium aquam omnino affirmavit esse non nutrire nutrimentum per corpus deducere. Pisces sanè vitam omnem in aquis viuunt: ij tamen non aqua pura sustentantur, sed aut limo, aut alijs rebus, quas in aquis sepius reperunt. In alium enim ascendunt sepius, atque in eorum ventre permulta nondum cocta visuntur. Sunt etiam minores pisces maiorum praeda.

Homines quosdam certum est multo tempore sine cibo vixisse. Sed in quibusdam non sine magno naturae damno: Nam aut post id tempus cibum non susceperunt, ventriculo & intestinis contractis; aut facultatibus omnibus ac visceribus offensis breui tempore obierunt. In alijs diuina id virtute factum est, vt in Moysè, Elia, & Christo seruatore nostro; quos prohibita aut impedita naturae caloris actione, Deo scilicet cum eo non concurrente, quadraginta totis diebus ac totidem noctibus nihil cibi sumpsisse litterae sacrae testantur. Et post illos multi viri pietate ac vitae sanctimonia insignes sumpta Eucharistia omni alio cibo multo tempore abstinerunt. Alios tamen compertum est abstinentiam & ieiunium simulasse, dum occulto vescerentur cibo. Verum naturaliter quoque fieri potest, vt ieiunus homo haud paruo tempore conseruetur. Natura namque

paucis contenta est: plurimumque vt in ceteris, ita in hoc assuetudo valet: & multo crebroque ingestio cibo & egesto, intestina omnia & via dilatantur & capaces magis ac famelicæ fiunt. Atque vt non tantumdem omnes alimenti sumunt, sed propter maiorem calorem ac diuersum corporis habitum aliqui largius vescuntur, quam alij: sic aut propter multum humorem & copiosorem pituitam, quæ naturae caloris actionem detineat, minore opus est cibo: Quam causam tradiderunt periti medici, animalia biliosa bis die refocilandam esse, pituitosa semel. Et extat aphorismus 57. lib. 7. corporibus humida carne praeditis perferenda fames est. Illa enim maiore, quam hæc, indigent alimento; citius conficiunt & minus in ediam tolerant. Aut quod cutis tam sit densa, vt per illius poros vix quidquam actione caloris resoluatur: omnes verò humores tam bene in toto corpore dispositi ac inter se temperati, vt hominem non suffocent. Ac demum quod exiguus sit & imbecillus natus calor, nec externa contraria maguopere oppugnent: fieri omnino potest, vt sine cibo quis diutius conseruetur.

Quemadmodum animalia complura sine cibo totam hyemem latitare dicuntur in 3. lib. de animalium histor. cap. 15. Quæ de re Galenus in aphorismi citati comment. Vsum scribit Aristoteles cap. 17. latere minimum dies quadraginta mense praesertim tertio; eoque tempore nil cibi gustare pinguescere tamen tant opere, vt vix se loco mouere queat: & primis quatuordecim diebus ita sopiri, vt ne tantillum quidem se moueat. Tunc enim plurimos coquit humores crudos, qui corpore continentur. Animal namque est voracissimum, crudisque omnino cibis alios addit, maximamque cruditatem contrahit. Quare instrum illi est a natura eo tempore latere; tum ne plures congerat, quibus natus calor prorsus obruatur; tum vt vehementius operetur calor, meliusque coquat. Primis quatuordecim diebus dormit, crassioribus vaporibus ad caput ascendentibus. Vnguem fugit aut lambit, eam fortasse ob causam, vt flegma digerat & ad os traducat.

Verum ad rem propositam reuertatur oratio. Sanè huc etiam spectat qualitas humani cibi. Quidam enim diutissime possunt sustentare. Refert in Sro Dion cibum quemdam parare Britannios, cuius sit tantum ceperint, quanta est faba, minime eme efuriunt neque sitiunt. Et Plinius lib. 7. cap. 2. Sauromatas tertio quoque die cibum sumere. Qui tam sobrie viueret, aere potius, quam alio cibo, sustentari videretur. Eo tamen nequam nos nutrir, illud etiam est argumento, quo aliquando Aristotelem vsum legimus; quod cibus, qui nutrire debet, per Oesophagum ad ventrem deijcitur atque in eo coquitur: aer non ad ventrem, sed ad pulmones per asperam arteriam descendit: atque ita descendit; vt mox ascendat rursus & expiretur. Quocirca id, quod Galenus in lib. de vtilitate respirationis, & eius testimonio Hippocrates affirmarunt, inspirato illo aere nutrir spiritum, qui corde continetur, minimè credendum est, qua de re in libro de animati corporis temperatione dictum est.

Verum enim verò non quodlibet corpus mi-

De v. 15.

Atque non nutrire.

Metalla  
non nu-  
mura.

De stru-  
thocame-  
lo.

Neque  
lapides.

De veni-  
nis quid.

Alimenti  
qualita-  
tes calor  
& hu-  
mor.

stum est ad nutriendum aptum; sed illud solum, quod à viuentis calore mutari possit, habeatque temperiem qualitatum illi proximam ac pene congeneram. Sic enim facile ad illius substantiam traducitur. Ergo metalla non nutriunt, tum quod à nativo calore mutari nequeunt; habent enim tenacissimam misionem & humiditatem viscosam, quæ non nisi à vehementissimo calore sicco dissolui possit. Tum quod cum accedant proximè ad elementorum naturam; non eam habent cum viuentem proportionem, quæ necessaria esset: sed terream profusius, aqueam, illiusque temperamento contrariam. Itaque quod vulgò dicitur, struthiocamelum ferro nutrire, est Cardanus in 10. lib. de subtilitate in vehementem calorem & ventriculi crassitudinem referat; & Plinius lib. 10. cap. 1. eum scribat sine delectu omnia coquere; negandum est & visus est negare Albertus lib. 23. de animalibus. Aurum quidem nutrire videbitur, dum in medicamentis quibusdam interdum adhibetur. Sed præterquam quod medicamentum, quatenus medicamentum est, nutrire non debet; sed qualitate quapiam alterare aut afficere viuentis substantiam: aurum illud exiguæ quantitatis in puluereque contulim & verò etiam portione aliqua temperatum sit oportet, vt à calore superari queat. Alioquin si integrum denoretur, cum excrementis eicitur.

Lapidibus quoque non nutrimur. Quoniam propter nimiam densitatem & crassitudinem non dissoluuntur. Sunt etiam nimis siccis, immò profusius terreis: nec humorem habent, quod fluere possint; sed eum solum, quia terreas partes copulandas necessarius est. Ique nisi vehementi aduratur calore sicco, dissolui non potest. Eandem ob causam pili & alia id genus sicca non nutriunt. Plantæque quædam in aquis sulphuratis nascuntur & conseruantur: at ex non solo sulphure, sed aqua frigore & humore temperato sustentantur.

De venenis difficultas maior. Mitridatem fuerunt illis nutritum. Nihil mirum. Nam est venenum propter vehementiorem aliquam qualitatem obsit plurimum aut etiam interitum adferat: si tamen tam robustus fuerit calor, vt superet illius frigus; aut quævis alia eius noxia qualitas à potentiore vincatur: aut demum assuetudine fiat, vt coquatur; poterit alimentum præbere. Certè elleboro coturnices & cicuta sturnos citra noxam vesci, scribit Galenus in 2. lib. de alimentorum facultatibus cap. 6. & lib. 3. de temperamentis cap. 4. & lib. 6. de sanit. tuenda cap. 3. & Egyptios aliisque gentes quasdam serpentes & viperas deuorasse, in libro 3. de alimen. facult. cap. 3. idem est auctor.

Proprie autem alimenti qualitates sunt calor ac præsertim humor. Propterea enim queritur alimentum, vt siccata corpora reficiantur & humectentur; natiuusque calor sustentetur & vita, quæ in humore profusius conseruantur. Alimentum etiam oportet in omnes corporis partes distribui: quare humidum sit necesse est, vt facile per vniuersum corpus fluere atque omnibus illis partibus adiungere sese possit hæc enim sunt humoris opera. Humidum autem dico, aut actu, aut

potestate & virtute; vt & humectari facile possit, & humectare. Quam ob causam data videtur animalibus salua, quæ cibi interdum siccis humectentur, aptioresque ad partium alitionem reddantur. Quare & si Philolophus in reu. 22. famem definiuit appetitum calidi & sicci; & humidi cibi satietatem videntur parere; panis vero, qui siccus est & commune homini alimentum, nunquam esse fastidio: fames propterea dicta est appetitus sicci, quod est appetitus sic humidi, quo reficiatur natura; hoc tamen à siti distinguitur, quod est appetitus solidi alimenti; soliditas enim à siccitate prouenit cum calore coniuncta, qui prohibet, ne sit soliditas, quæ à viuentis dissolui nequeat; qualis esset, si à frigore profecta fuisset. Sitis etiam appetitus dicitur frigidi & humidi: frigidi, quia nascitur ex inflammatione ventriculi torido humore consumpto; humidi, quoniam est appetitus alimenti fluidi; quod humoris effectus est.

At quid causæ est, cur alimenta quadam faciliorem adferant, alia nequaquam? Respondet Aristoteles in 13. probl. sect. 21. humida & pinguis primum quidem nutrire posse; at quoniam in ventre supernatant, fastidium parere. Deinde ea non fastidire maximè, quæ naturæ minus conueniunt. Panis nunquam fastidium adfert, quia continentium quoddam & temperamentum aliorum omnium. Nimum enim humorem & lentorem cæterorum ciborum siccitate sua temperat, neque pinguedinem eam habeat, quæ fastiare solet.

Postremò in lib. de sensu & sensibili cap. 4. & 8. lib. de histor. animalium cap. 1. & 2. alimentum reperies debere esse dulce. Quod non de qualitate intelligas, sed de substantia. Sit enim oportet substantia tenuis, aërea, & humida, quæ penetret facile, ac sese in omnes corporis partes insinuunt, omnèque reficiat. Neque qualitates, sed corpora alimento reficienda sunt & sustentanda. Quamquam sapor quoque nonnulli dulcis aut potius gratus, animalis appetitionem plurimum iuuat. Quæ verò qualitatem habent minus dulcem, minimè naturæ conueniunt, citiusque fastidium & nauisem pariunt. Immo vt est in libro de sensu & sensibili capite quinto cibis suauis Lepo morbosus est. Hæc ferme sunt; quæ in alimentum vniuersè considerantur. Quæ si adiunt, haud magno natui caloris dispendio vertetur in copiosum languinem, totiusque viuentis substantiam optime reficiet & tuebitur.

Vt tamen planius intelligatur, quænam sint bona, quæque minus bona alimenta, speciatim aliquid de illis dicendum est. Quatuor omnino alimentorum genera petiti medici distinxerunt. Primum eorum, quæ producuntur à terra; quales sunt herbe, radices, arborum fructus, plantarum semina, tubera, fungus. Alterum animalia omnia, quæ aut volatilia sunt, aut terrestria aut quæ in aquis degunt. Tertium partes animalium, tum internæ, tum externæ. Postremum ea, quæ ab animalibus procedunt, nec tamen sunt illorum partes, vt oua, lac, serum, caseus, butirum, sanguis, mol.

Optimum

Optimum illud est alimentum, quod est optimi succi, facileque potest coqui, & pauca habet excrementa. Quam ob causam primum illud, quod dixi, alimentorum genus non magnope reprobatur. Quoniam herbarum genus vniuersum maxime excrementosum est, neque multum probatur succi. Et ideo bestiae, quae hoc solo vtuntur cibo, & ferè semper comedunt, & plurima egerunt excrementa. Omnium tamen eorum, quae suppeditantur à terra, optimus est panis ex mundissimo confectus tritico, exiguo fermento & sale conditus, atque in dibano studiosè coctus. Inter herbas lactuca probatur; quod moderatè refrigeret & humectet, minimèque malum gignat succum. Inter fructus praeslant omnibus ficus probe maturata: deinde vuae praesertim pensiles, quae quidquid erat flatuosum amiserint. Sed & aduersus hocce status inuuant tritita dentibus grana, quae acinis continentur.

In animalium quadrupedum genere suilla caro maxime probatur Galeno; quod si bene coquatur, probatissimos gignat succos, sique humanae persimilis. Ego tamen non video, quid sit tam praestans in eo cibo, quem humidissimum esse constat & coctu difficillimum: quemque ille ipsauctor in 1. lib. de alimentorum facult. cap. 2. fatetur esse succi crassi & viscosi, atque athletarum proprium; quo si alius vescatur, celestimè in plethoricis incurrat morbum. Multo potior est edina, quae & pertenuis est, & temperatè humida & calida. Agnorim caro humidior est, quam par sit; quidquid Auerroës dicat in quinto Coliget capite trigesimo secundo: quare secundo loco vitulinam aut veruecinam habita complexionis nostrae ratione proponerem. Illa enim humidior est & siccori corpori accommodatior: calidior haec & frigidiorum constitutionem magis iuuaret.

Ex bipedibus omnes mirè iuuenulas gallinas laudant, capos pullosque cohortales. Nam carnem habent temperatè calidam & humidam, optimique succi. Immo gallineam scribit Auerroës admirandam habere proprietatem temperandae complexionem; illiusque iusculum optimum leprosis medicinam praebere; atque eius cerebrum nostri substantiam augere acuerèque ingenium. Ex reliquis volatilibus phasiani probantur, perdices, attagenes, turdi, merulae, tenelli columbi, passeruli, qui inter dumeta volitant; ac turtures, quibus ingenij acutiendi vim tribuit Auerroës.

In piscibus saxatiles & pelagici ceteris praepomuntur: quique velociorem habent motum & piabilem magis minimèque viscosam substantiam. Si vero damnantur, qui in immundis fluminibus turbidis ac limosis degunt: & in illis praesertim, quae magnae cuiuspiam ciuitatis purgamenta excipiunt; vt in tertio libro de alimentorum facult. & in lib. de saccorum bonitate & vitio scripsit Galenus.

Ex animalium gressilium partibus, mamilae, testes, aliae, & iccuscula probatissimarum auicularum aut etiam animalium, optime nutriunt. Ac demum ex ijs, quae ab animalibus

proveniunt, oua & lac sunt optima, si laudatorum sint animalium. Oua quidem gallinarum; in quibus vitellus melior multo albumine: quippe albumen egre coquitur, inquit Galenus 12. lib. de methodo medendi cap. 6. lac verò caprarum; si melle aut aqua, vel lacte, aut sale modico aspersum fuerit, ne cogatur in ventre. Quamquam Auerroës lac alinum praefert. Sed ex ijs substantijs, quae continentur in lacte, optimum est butyrum; quia tenuis aëreæ, & dulcis substantiae. Caseus deterior; quod substantiam valde crassam habeat. Atque recens quidem frigidus est & humidus; verus autem siccus & calidus propter permixtum salem: medius inter vtrumque minus malus. Haec ad rem praesentem de cibis dicta sint satis. Medici enim est haec diligentius persequi.

De potu eodem modo dicendum. Communissimum atque vltatissimum potus, aut est aqua, aut vinum, aut ceruisia. De aqua certum est, aptissimam eam esse ad extinguendam sitim, quae frigidi & humidi appetitus est. Nimio tamen frigore obesse plurimum potest; si sola potetur ab eo, qui huic potui assuetus non sit. Hispanos scimus propter assuetudinem aquarum bonitatem hoc potu maxime gaudere: & feminis intemperantiae atque impudicitiae signum esse vinum copiosius praesertim haustum. At qui aquam bibunt, largius comedunt; quod aqua non nutriat quemadmodum vinum, & ceruisia; ex quibus si quis multum hauriat, non multum comedit; quoniam illis copiosius reficitur. Inter aquas illae saluberrimae sunt, quae sapore omni, colore, & odore carent, sincerae prorsus, ac pellucidae; *De vitis aqua*, hoc est qualitatis omnis expertes, vocitare solet Galenus. Omnium optima est fontana praesertim si è sublimibus locis terreno puro ad orientem solem fluat. Purior enim est, leuior, acutissime calescit & refrigeratur. Secundum locum habent pluuiales, si probe purgatae fuerint ac percolatae. Tertium puteales; quae si ductus sint minerales, limosi, aut crenosi, fordidaeque habeant fundum, atque angusto loco contineantur; pessimae existimantur. Quartum medici plerumque dant fluuialibus, easque maxime damnant, quae ex magnis hauriuntur fluminibus, in quae alia multa ingredientur. Sed consideranda diligenter est natura & conditio singulorum fluminum. Romae namque constat Tyberinam optime purgatam cuius puteali praestare plurimum. Aquas lacuum ac paludum non solum certum est pessimas esse, sed pestilentes quoque.

Vinum naturae peramicum est: de quo tum alibi Galenus, tum in lib. 12. de medendi methodo cap. 4. permulta tradidit. Quid quid de illius qualitibus plerique disputent, plane sciendum est esse actu frigidum & humidum. Hoc enim est certissimum sensus iudicium. Et nisi ita esset, aut sitim non exstingueret, aut certe minus aptum illius obiectum foret: si quidem sitis frigidi & humidi appetitus est. Virtute tamen est calidum, & ideo amicum naturae magis;

De vitis aqua.

De vitis aqua.

quam aqua; & ad alendum aptius. Calefacit item stomachum & totum corpus, vires auget spiritum & sanguinem fouet, mentem exhilarat, senectutem recreat, & id genus plurima adfert commoda vinum. Cuiusmodi & optime nutrit, præsertim generosum. Si tamen acerbum fuerit, crassum ac vitiatum sanguinem, & atram bilem, procreat. Rubrum copiosius alit, quia est magis crassum, sed album ut est tenuius, ita maiorem incidendi vim habet, mellisque renes purgat, & urinam procreat. Dulce facilius, quam asperum, distribuitur. Nouum, tum agrè distribuitur, tum excrementa plurima & flatus procreat.

Annosum magis est totum nutritioni accommodatum: modicè tamen sumptum, & aqua probe dilutum, pro ratione ætatis, regionis, ac temporis. Etenim merum & immodicè hautum nimirum vexat & opprimit naturam calorem: aut si ab eo superetur, nervos lædit, caput vaporibus plurimis tentat, paralyticum, stuporem & innumera alia morborum genera inuehit.

De ceruissia.

Ceruissiam ex tritico aut hordeo lupulisque confectam vino inferiorem esse, vel ex eo intelligas, quod ea ille tantum gentes vtantur, quæ vinum non habent, & Galenus in lib. 6. de simplicium facultatibus, dum de Zytho loquitur, & Dioscorides lib. 2. cap. 311. & 312. damnare nisi sunt, tanque flatuosam & prausucci; dum arte confecta vina hanc ob causam improbarunt. A quibus planè dissentientes aliquos hac nostra tempestate reperias, qui potionem eam anteponunt vino. Ego ut vinum in primis laudem, ceruissiam non profus improbo, Tum quod eam confecti nutrire plurimum; atque in eo etiam ad sanitatem conferre, quod refrigeret corpus & humectet, & ideo ætate præsertim accommodata videtur. Tum etiam quod gentes eas, quæ illa vtuntur, & sanas, & robustas, optimèque valentes conspiciamus.

Ergo tota hæc de alimento disputatio præceptis quibusdam concludatur, quæ in alimenti sumptione seruanda erunt. Quam rem tanti fecit Hippocrates, vt in lib. de veteri medicina non dubitauerit affirmare, totam eam artem inde & nomen habuisse; quando accommodata humanæ naturæ alimentorum ac victus ratio fuit inuenta.

Cibi & potus quantitas.

Primum igitur videndum, ne nimis multum sit aut nimis parum id, quod sumitur. Etenim vt habet Porphyrius libro. 4. de abstinentia animalium, ex veterum grecorum testimonio, Nihil ad sanitatem melius, quam superflua minime congerere. Quippe ex nimio cibo & potu cruditates oriuntur, naturæque caloris oppressio, qui tantum molem nequit coquere. Inde & morbi plurimi, & accelerata mors. Contra ex nimis tenui victu debilitantur venter calorque naturæ; pabulo scilicet deficiente: dissoluuntur quoque membra & citius tota viuens substantia consumitur; cum non perfectè restauetur. Ea igitur esto cibi quantitas, quæ ventrem non grauet, sed famem atque appetentiam sedet; nec tamen omnino extinguat. Sanitatis enim studium est, vt sapienter Hippocrates monuit in 6. Epidi-

miorum lib. non satiari cibis & ad labores impugrum esse. Nam si copiosior fuerit ingestus cibum morbum facit, vt est in 17. Aphorismo, libro secundi.

Denique de toto hoc capite extat eiusdem lib. Aphorismus quartus. Non satietas, non famas, neque aliud quidquam bonum est, quod naturæ modum excedat, & Pythagoræ præceptum fuit potationis & ciborum mensuram facere oportet; mensuram inquam, quæ molestiam tibi non inferat; est enim animi functiones is potius, quam corporis sanitatem, atque incolumitatem spectaret.

Propterea ne excedatur modus, vtentur varietas. Quoniam vbi magna varietas, vix quantitas nimia vitari potest. Deinde cum varias item habeant qualitates qualitatum temperationes; multo magis in illis coquendis laborat naturæ calor. Hippocrates in lib. de flatibus, tum multitudine, tum varietate ciborum, diætam malè nominauit: varietatemque seditionem mouere propter dissimilitudinem affirmat. Hominum vero in hac parte vitium pulchre inter ceteros deplorat Plutarchus in opusculo, quod bruta animalia ratione vtantur. Vnicuique animalium, inquit, vnus cibus natura conuenit: his quædem herba, illis autem radix, & fructus. Quæcumque verò sunt carniotora, nullum aliud cibus genus appetunt: & homo ferat ad omnia voluptatibus & ingluuie ductus; omnia appetitur, omnia gustat; & veluti nondum quid sibi proprium conueniensque sit cognoscat, solum ex omnibus animantibus omnium vorator est factus, & cetera. Magnum quidem ceteri Alexandrum legimus peritissimos duos coquos recalsare, quod à Leonida diceret se duos optimos accepisse, corporis exercitationem ante prandium, qua cibi procreetur appetentia, atque in quædam temperantiam, ne cæne gultus tolleretur.

Quod si plus equo comederis, inedia longa, somno, quiete, vomitu, aut etiam leuita in postero diem deambulatione, illius cibi molem depones. Extat præceptum Celsi, libro primi, capite secundo, eum, qui bene coeuit, mane tuto surgere, qui vero inuis, debere quiescere; neque se labori aut exercitationi credere. Moderato igitur vtatur cibo & vt cum Synesio in libri de somnijs loquitur, medicam potius, quam sculam parem cenam. Nam & Platonem, cum in Italiam & Siciliam venisset, magnopere Italicæ & Syracusanæ ostentum fastidimentis, quod bis quotidie sacri fierent, ipsemer scribit in epistolam ad Dionis propinquos & familiares. Sibaritas adderet Thiemulus in ordinatione secunda que in ceteris inscribitur, & Maximus Tyncis in sermone, tricesimo primo & tricesimo tertio, dum Syracusanarum quoque ac Sicularum meminerunt. Omnium venter nec nimium grauat, nec inanis plane relinquitur. Nam tolerare famem praus humoribus implet ventrem, vt confirmat Auicenna in tert. Fen. primo Canon, Doctrina secunda cap. 7.

Sed quoniam tempus quantitatem & qualitatem cibi variare plurimum potest; illud omnino spectandum fuerit. *Tempo-  
ri ratio  
habita.* Aestate namque propter naturam caloris imbecillitatem tenuis victus est factus, & isque frigidior & humidior; quo refrigerentur & humectentur corpora, quae calefunt nimium & siccantur. Hyeme largior esse potest; quod calor ad interiores sese partes recipiens magis coquit: isque calidior & siccior esse debet. Aestate parum & saepius edendum est; hyeme multum & rarius; mediis temporibus media quaedam ratio victus tenenda. At in regione item, tum calida, tum frigida, aut temperata, idem observandum. Nam ventres hyeme & vere calidissimi sunt, vt est in aphorismo 14. lib. 1. Neque aduertatur Plutarchus, cum in secundo conuiuialium quaest. 2. disputat, cur circa finem autumnum voraciores simus. Per comparationem enim ad aetatem est sermo, autumnique finis principium existit hyemis: atque illa ipsa est causa, quod calor per aetatem dispersus & imbecillior factus, colligitur eo tempore viribusque augetur.

*Actus.* Habenda tamen est semper aetatis ratio. Nam pueris propter tenuem corporis complexionem ingentemque calorem & accretionem tenuis cibus, sed multus, est dandus. Iuuenes solidiore indigent alimento, eoque nonnihil frigido, ad sedandas prauas perturbationes. Senes calidum volunt & humidum, propterea vinum merum, mel, oleum, & mulsam, optimè illis conueniunt.

*Complexio.* Videnda quoque erit corporis cuiusque complexio: & melancholici quidem calidis & humidis cibis vtentur, quae complexionem illam iuuent & corrigant. Cholericis frigidis & humidis, plegmaticis calidis & siccis, sanguinei temperate humidis & calidis, aut etiam siccioribus ac frigidioribus.

*Exercitatio.* Huc etiam cuiusque spectat exercitatio. Nam qui litterarum studiis occupantur aut otiosam prorsus vitam degunt, neque corpus magnopere laboribus exercet, tenuiorae moderatiori egent victu; qui coquatur facilis; & idè elixis potius, quam assis. In quorum sumptione seruetur ordo; vt primum illi sumantur, qui facilis coquuntur. Si enim hi posteriores sumantur, coquuntur priores; cumque descendere nequeant, in ventre putrescunt.

*Cibus paratio.* Neque verò in ciborum preparatione, gustus delectatione, & cuiusque consuetudine, parum momenti est. Elixia caro optima esse creditur; quod facilis coquatur; tamen si plenior habeat humorem assa, in interioribus saltem partibus: etsi secus sentire visus sit Galenus in 3. lib. de alimentorum facult. cap. 19. Et oua, non fixa, neque alio modo durata; sed mollia & sordida probantur. Quamquam scitum est illud; Quod sapit, nutrit. Et illud Hippocratis 38. aphor. libri secundi. Paulo deterior & cibus & potus, verum iucundior, melioribus quidem, sed iniucundioribus, praefendus est. Etenim stomachus libentius amplectitur, retinendique virtus vehementius illis applicatur.

*Consuetudo.* Consuetudini porò non solum in secundo lib. Metaph. t. 14. tribuendum esse plurimum, dixit Philosophus: sed etiam in libro de memoria &

*A* reminiscencia cap. tertio eam scripsit esse velut alteram naturam. & in problemate primo sect. 28. inter caetera illud adfert; Nos tam agrè ab assuetis recedere, vt Dionysius Tyrannus, quod in vrbis obsidione aliquantulum temporis à consuetu potu destitisset, tabe protinus laborarit. Et apud Hippocratem aphorismus extat. 49. libri notati; Aduetos facilius ferre consuetos labores, quamuis debiles sint & senes; quam iuuenes & fortes non aduetos. & aphorismus 50. Ex multo tempore consueta, etsi deteriora sint, molestia minus esse in consuetis. Nam & apud Alexandrum in problematibus grandis & innata est afmatura contra omnem difficilem passionem consuetudo.

*B* In potu sapienter agendum est. Quemadmodum enim is est necessarius, tum ne cibus crassescat nimium & duretur in ventre; sed liquefcat nonnihil, vt commodius coquatur. Tum ad temperandos & permiscendos cibos. Tum vt cibi coctio sit elixatio, non assatio: elixatio enim sine humore non fit. Tum demum vt alimentum distribuatur facilius, ac totum permeet corpus. Quod si quaedam sint animalia, quae absque potu cibum sumant; ea multum humorem viscosum habent, ciboque valde humido vtuntur: quemadmodum aues ferè carniora. Ita dum sumitur cibus, seruabitur modus; ne fluitet cibus in ventre atque innatet, nec vllum certum teneat locum. Optimum verò fuerit parum & saepius bibere. Optima enim fiet cibi potusque permissio. Ante cibum, aut à cibo bibere, dum coctio perficitur, permissum. Nam ieiuno ventre bibere, neruus & caput laedit: à cibo autem, coctionem impedit & turbat, flatus & cruditates procreat. Ante coctionis tamen principium magnopere sitienti aqua potius, quam vini, potum permitterem. Nam & pondere & frigore per antiperistalsim coctionem iuuabit.

*D* De potu post caenam extat Hippocratis aphorismus 27. lib. 5. Quibus noctu bibendi est aueritas, his admodum sitientibus, si superdormierint, bonum est. Somnus enim, inquit Galenus, sedabit sitim. Magnopere tamen sitienti, siue ex humidi defectu, siue ex largiore meracioris vini potu oriatur sitis; vult Galenus concedi potum, quo & addatur humidum, & vini calor aquae frigore temperetur. Quare salubris aqua praebetur, quam vinum. Caeterum quilibet potio nimium frigida plurimum obest quocumque tempore sumpta: praesertim verò post corporis exercitationem, aut sudorem, aut balneum. Post fructus disputant medici; num vinum bibendum sit, an aqua. Sed iis fructibus, qui cito coqui possunt, putredinique sunt obnoxij; vt peponibus, cerasis, persicis, moris; modicum, sed generosum, vinum infundendum consulo. Coquentur enim citius, minimeque putrescent. Reliquis aqua magis conuenit. Quoniam cum non cito coquantur, si vinum addas, quod omnes corporis partes facillimè penetrat, prauum illius cibi succum ad vniuersum corpus deducet. Satius esset omnino non bibere. Neque calidum optima carnis iusculum improbo. Nam illius cibi frigus mitigare potest, coctionemque iuuare; nec tamen tam cito penetrare, vt vinum.

Sed de potu satis dictum est.

*Hora  
servan-  
da.*

Illud postremum monebo; in alimenti sumptione servandam esse horam: non certam aliquam & constitutam; sed eam, qua inanitis partibus prioreque substantia consumpta vexat nos fames. Etenim exhausta venae sugunt ventrem, indeque alimentum reficiendis partibus necessarium quaerunt. Quocirca inanis fuerit medicorum illa quaestio, quoties in die sumendus sit cibus. Nam si expectanda sit & sequenda fames & appetentia; manifestum est, toties esse sumendum, quoties famefcimus, latrantemque sentimus stomachum. Ita fiet, ut bis aliqui, alij ter aut quater, alij vix semel vescantur. Optimum tamen fuerit ac tutissimum communem tenere usum his comedendi, prandio & caena: ut qui debiliorem habent ventrem, id quod vna comestione sumpsissent, partiantur in duas. Satius enim est bis naturam moderatè recreare ac reficere, quam semel nimium onerare. Et Hippocrates in libro de victus ratione, cum in morbis acutis pitisanam praecipere; iis, qui bis in die cibum capere soliti sunt, bis quoque dare voluit: iis vero, qui semel, semel duntaxat primo die, deinde bis, si opus fuerit. Tam inter duas comestiones id temporis intercedat, quod cibi sumpti coctioni sit satis. Id septem aut octo horarum esse ferè oportebit. Eritque commodum tempestive prandere, aestate praesertim: quoniam aestivus calor opprimit & appetentiam deicit, si inualefeat. Proderit plurimum aliqua corporis exercitatio, quae antecedit cibum; maxime matutina. Nam & antecedentis cibi excrementa purgabit, & omnibus corporis partibus addet robur.

*Largius  
ne pran-  
dium  
an ca-  
na sum.*

Verum si & prandium sumendum sit & caena; maiorem illud habet dubitationem; largiorne prandij, an caena cibus esse debeat. Hippocrates in lib 3. de diata, & Galenus in lib. 7. de medendi methodo; quos Avicennain 3. fen. 13. tract. 3. & reliqui ferè antiqui sequuti videntur; largiorem suaserunt caenam. Recentiores permulti prandium malunt esse liberalius; quòd diurno solis calore corporisque exercitatione iuuetur coctio. Unica ego contentus sum distinctione, quam apud veteres reperio. Nam si corpus sit sanum, esto caena largior: quòd facilius sit & melior noctis coctio. Quae ob causam medici omnes quiete & somno cruditates ventrisque repletiones curari praecipunt. Motus enim & vigilia magno opere distrahunt nativum calorem, qui in quiete & somnio ad vnam illam operationem vitae in primis necessariam totus colligitur illiq; soli vacat anima, quae dum vigilat, in plures operationes distrahitur. Accedit nocturnum frigus, quod per antiperistalim calorem internum iuuat, atque ad interiora compellit; quem exercitatio diurna solisque calor euocauerant. Ideò & plus comedimus hyeme, & melius coquimus, quam aestate, ventres enim hyeme calidiores, ut est in aphorismo 15. lib. 1. & plantas quoque & arbores manifestum est facilius nocte adolescere, quam cum diurno solis calore aduruntur, & concidunt potius. Accedit, quòd plus temporis intercedit inter caenam & prandium, quam inter prandium, & caenam, dumque mane à somno surgimus liberiorem ventrem magisque purgatum senti-

mus, quam cum vespere ad canandum accedimus. Diurna enim exercitatio & motus corporis, cum vias omnes aperiat, secretionem potius & purgationem excrementorum iuuat, cibusque per vniuersum corpus distributione, quam coctionem promoueat. Somnus, inquit Galenus in 12. lib. de methodo medendi cap. 3. coquit, vigilia digerunt. & lib. 1. de Symp. causis cap. 8. In somno animalis vis quiescit, naturalis vehementius operatur. Et lib. 1. de alim. facult. cap. 2. cur ij, qui corporis magnos labores subeunt, à crassis & prauis cibis minus laedantur, causam esse tradidit, non diuersos labores, sed nocturnam quietem: quòd ij somni sunt profundioris; quae res ad coctiones multum ipsis adfert momenti. Quòd si plures ordine noctes infomes illos ducere coegeris, morbo statim corripientur.

Denique omittenda non est Aristotelis auctoritas omni pondere grauior. Is duobus maximè in locis hoc, quod dico, sentire se ostendit. Alter est in cap. primo lib. de somno ex vigilia his verbis; Opus suum facit nutritia partem la dormiendo magis, quam vigilando. Nutritur autem & augetur tunc magis, tamquam nihil egentia ad hoc sensu. Alter in 5. lib. moralium ad Nicomachum cap. vltimo; vbi ut humanam felicitatem atque virtutem ostenderet in actionibus animae vegetantis nequaquam consistere; hoc vel maximè argumento, quoniam felicitatis essemus in somno, quam in vigilia; subiunxit haec verba; Pars haec & facultas in somnis maximè operari videtur. Quae verba in summo primum de anima librum cap. 20. transulisse videtur Alex. sic enim habet; Semper alimur, & in dormientiibus maximè praecipuo munere atque actione potestas haec sese exercere videtur. Et Philoponus in comment. tex. 44. libri 3. Magis, inquit, noctu operatur nutritia. Ergo si in somno melius, quam in vigilia, coquimus cibos; liberius & largius canare, quam prandere licebit: corpori videlicet sano & optime constituto.

Quòd si vitiatum fuerit & minus bene affectum, conducibilis erit interdum prandere magis, quam canare: quemadmodum si dolore capitis laboret nimia sic pituita aut alio simili morbo. Nam hic si multum canauerit, petus habebit; propter vapores multos, qui nocte ad caput ascendent. Idem illi seruandum erit, cui difficilis fuerit cibi descensus; ut aliqua iuuandus sit corporis exercitatione. Verum in omnibus retinenda est consuetudo; aut certe non subito, sed sensim & longo tempore mutanda.

Quòd si vitiatum fuerit & minus bene affectum, conducibilis erit interdum prandere magis, quam canare: quemadmodum si dolore capitis laboret nimia sic pituita aut alio simili morbo. Nam hic si multum canauerit, petus habebit; propter vapores multos, qui nocte ad caput ascendent. Idem illi seruandum erit, cui difficilis fuerit cibi descensus; ut aliqua iuuandus sit corporis exercitatione. Verum in omnibus retinenda est consuetudo; aut certe non subito, sed sensim & longo tempore mutanda.

TEXTVS.

*Επειδὴ ὁ ὄντιος ὑπερβολὴ καὶ ἐπιπλεονεξία τοῦ βίου ἀπὸ τῆς αἰτίας τοῦ τροφῆς καὶ τῆς ἀσκήσεως, ἡ ἐπιπλεονεξία ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως ἐστὶν, καὶ αὐτὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν.*

*Quoniam*



quoque alimenti substantia viuenti addita & in eius substantiam mutata nutrit illud; quantitas maior accedens auget.

Et idem semper quidem nutriti oportet viuens, quamdiu viuit, vt in tex. 14. dicebatur; non tamen semper augeri. Quoniam cum semper illius substantia fluat, momentisque singulis consumatur; si à nutritione cessauerit, penitus interibit. At debilitato calore non semper substantia maior acquiritur, quam fuerit consumpta: sed post aliquod tempus equalis. Tunc eadem viuentis magnitudo conseruatur. Postea verò etiam minor: quo tempore minuitur viuens, tandemque vita extinguitur.

## DIGRESSIO XXXI.

De altrice facultate & nutritrice.

**T**res esse vegetantis animæ præcipuas facultates, sæpè dictum est, de singulis iam agendum. Ac primum de altrice, qua viuentis substantia consumpta restauratur. Quod opus etsi pluribus præparationibus antecedentibusque mutationibus egeat; propriè tamen in alimenti mutatione in viuentis substantiam consistit, qua illi totum id restituitur, quod fuerat detractum. Hippocrates in aphorismo 19. lib. 1. eius, quod euacuatur, repletionem appellauit. Itaque alitio propriè mutationem substantiæ significat & generationem; qua viuentis pars quæpiam ex cibimateria producit. Primum & per se homogeneæ partes nutriuntur; deinde quæ ex illis constant eterogeneæ. Excrementa & humores non nutriuntur; quòd aut pellantur ex corpore tanquam superflua; aut vt vtilia retineantur, cum sint partium alimentum, nequaquam oportet ipsa nutrir. Pilos, vngues, & id genus alia, propriè non nutrir; ex eo manifestum est, quòd animata non sunt.

Vnica esse altricem facultatem.

Quoniam igitur viuentis omnes partes, quæ integrum corpus absoluunt, nutrir debent; facultas hæc in corde, primo ac præcipuo membro, residens per eas omnes spargitur. Tot verò videntur multis commutatrices facultates esse, quot partes existunt, in quarum substantiam commutandum est alimentum. Aliam, inquam, omnino facultatem esse, quæ illud mutet in carnem; aliam, quæ in os; alias, quæ in partes cæteras speciei ac naturæ diuersas. Quemadmodum enim substantiæ distinguuntur, in quas commutant; sic ipsas specie distinguendas esse arbitrantur. At quid est opus? Satis est vnica in toto corpore facultas, quæ vt in diuersis est membris, ita diuersa efficiat opera. Interdum autem nutririo solam significat substantialem restaurationem, quæ vltima est mutatio alimentaris substantiæ in singularum viuentis partium substantiam. Interdum totam illam & multam præparationem, quæ mutationem eam vltimam antecedit.

Nutririonis progressus.

Hæc principium habet in ore; in quo cibus dentibus ita teritur, vt ad mutationem in substantiam viuentis disponatur sensim. Deinde per œsophagum ad ventrem deicitur; in eoque mutatur in subalbam illam naturam, quam chylum appellant. Tum in intestinis, terrestri ac feculenta magis parte relicta, quæ vtilior est per mesenterij

**A** venas, in quibus rubescere incipit, ad iecur trahitur. Vbi dum quatuor separantur humores, pars ad nutriendum aptior rubescit proflus & fit sanguis. Is post per venas in omnes corporis partes distribuitur, magisque cordis actione per spiritalia arteriarum calorem communicata elaboratus, accedente singulorum membrorum actione, in humores secundos atque in ipsorum demum membrorum substantiam mutatur. Ita nutritionem considerando potiori iure possent plures virtutes altrici facultati subordinatæ cogitari: vna in ore, altera in ventre, tertia in iecore, quarta in corde, postrema in membris singulis. Verum neque hæc virtutum multitudo alia est, quam subiectorum; in quibus eadem virtus operatur. Eadem namque nutriendi facultas per calorem & alia membrorum illorum cõditiones proprias ea omnia præstare potest. Omnes enim illæ actiones in eo continentur, vt alimenti mutationes quædam sint; ab eademque facultate, quæ circa alimentum versatur, hauriri omnes possunt. Cuius præcipuum instrumentum est calor; deinde partes illæ corporis, os, venter, iecur, vena, cor cum arteriis suis.

**E**x quo difficultatis illius explicatio intelligitur; an semper fiat nutririo, nec in tota vnquam vita intermittatur. Nam si sola vltima illa mutatio consideretur, quæ propriè nutririo est, hoc est in viuentis substantiam commutatio; ea sanè non fit perpetuò, sed plures oportet dispositiones ac mutationes antecedere: neque fieri potest, vt ore susceptus cibus in viuentis substantiam illicò transeat; sicut nec lignum subito mutatur in ignem, sed dispositiones primum producuntur. Quòd si accidentaria omnes atque antecedentes mutationes spectentur; omnes, inquam, cibi alterationes, quæ ad postremam illam mutationem ordinantur: verissimè affirmare licet, nutritionem continenter & semper fieri, neque animam vnquam ab hac operatione cessare. Cuius rei ratio non est, quòd si vel minimum intermitteretur, periret viuens. Viueret enim etsi breui aliquo tempore cessaret nutririo; quòd tantum adhuc caloris & humoris esset in corpore, quantum ad vitam aliquandiu retinendam satis esset. Neque cum in textu 14. & in prioribus lib. de ortu & interitu tex. 41. viuentia dicitur Philosophus nutriri quandiu viuunt; tandèque viuere, quamdiu nutriri possunt; significare voluit, intermissam nutritionem protinus consequi mortem: sed nutritionem hoc ab accretione distinxit, quòd non semper & per omnem vitam augeamur, sed ea post aliquos annos cessante nihilominus viuamus: semper autem, hoc est per omnem vitam, nutriamur. Verum cur nunquam hoc nutririonis opus omni ex parte intermittatur, hæc est certissima ratio. Quoniam natiuus calor momentis omnibus circa susceptum cibum aliquod operatur; nec vilo vnquam tempore, cum naturaliter & necessarè operetur, intermittere potest actionem in alimentum illud, quòd fuerit illi præsens. Hæc enim est agentium naturalium conditio. Quare si non vltimò commutat, disponit tamen atque ad commutandum præparat: propterea quòd operatio est vite proflus necessaria. Et animalia, quæ hyeme latitant, multo tempore